

Michael Cobabus

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S. Th.
D. & Mathem. P.P. Ad Exequias, Quas Viro ... Dn. Heinoni Rigo, Medic. D. &
practico longe felicissimo, Marito suo desideratissimo Maestissima vidua
honorifice paratas cupit, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77577345X>

Druck Freier  Zugang



Cobabus, M.

in

H. R i g e .

Rostock, 1659.

56



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77577345X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77577345X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77577345X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77577345X/phys_0003)

DFG



14.

PROGRAMMA,
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MICHAEL COBABUS,
S.S. Th. D. & Mathem. P.P.
AD
Exequias,
Quas
VIRO Excellentissimo, Experientissimoque
DN.

HEINONI
RIGIO,

Medic. D, & pratico longè felicissimo,
Marito suo desideratissimo
Mæstissima vidua
honorifice paratas cupit,
Gentes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos seriò atque amicè invitat.



Sub descriptione Praeli KILIANI, cl. loc LIX.

Gregii planè, meo quidem judicio, sunt
versus illi Comicorum Principis & μω-
μωνάτες MENANDRI Atheniensis, qui Bo-
NORUM quidam COMMENTARIUS & ORBIS
DOCTOR jam pridem vel maximis Virtutis
suo merito ac jure optimo vocatur:

Ότινι αἰδέναι θέλησ σπουδὴ ὅσιος εἰ.
Ἐμβλεψον εἰς τὸ μητρόπολις ἀσθενεῖς.
Εὐταῦτον ἔντει ὅστια καὶ λαοφύ νόμοι
Αιδρῶν Βασιλίων, καὶ περιγνῶν, καὶ σφῶν,
Καὶ μεραρχεούσιων ἐπὶ γῆνει καὶ χερμασιν.
Αυτῶν τε δόξῃ καὶ καλῷ τὸ σωματίων.
Καὶ ὁδὲν τούτων τὸ δὲ ἐπιφρεστή κεόντος.
Κοινονήν αἰδηνήν ἔχον δι πάντες θρονοί.
Πρὸς τοῦδε ὄργανον γίνωσκε σπουδὴ ὅσιος εἰ.

HNovisse si vis qualis aut quisnam sies,
Hominum sepulchra, dum peregrē is, inspice.
His ossa, pulvis atq[ue] inanis clauditur,
Regum, Tyrannorum, & virum sapientium,
Superbientumq[ue] opibus & propagine,
Suaque gloria atque formā corporis:
Et tamen eorum tempori nil resistit,
Communis est Dis omnibus mortalibus.
Hac intuere, & discito qualis sies.

Nimirum quibus nasci contigit, iisdem subire sineat
olim, necesse est. Et licet discriminē aliquod inter nos
nunc quidem fortuna, nunc potentia & opes, nunc
virtus præstantiaque animi faciant, hac ferreæ tamen,
ut ita loquamur, necessitatis lege damnamus omnes,
ut moriendum tandem sit, & excedendum theatro,
in quo hactenus egimus partes. Etsi verò quibusdam
longior

longior, perpetua tamen vita nemini contingit. Quod
solum proprium DEI est, & quas secundo gradu po-
suit DEUS mentes aternas. Quibus proximè nexæ
animæ nostræ sunt: quas ut ad suam imaginem con-
didit rerum opifex, sic immortales etiam voluit esse.
Præclarè quidem consuluit DEUS humano generi,
inventis tot rebus, quibus tueri valetudinem, pro-
fligare contra morbos liceat: sed suus cuique fixus est
terminus, ad quem simul proiecti sumus, nihil o-
mnino humanæ artes, nihil herbarum ingenia ac vir-
tutes possunt.

Ei ἀγάνακτος οὐδὲ σώος ἄλλον τὸν νόσον,
Σώος νόσος πᾶς αὐτὸς ἀναγένετο νόσων;

ait iterum Comicus ille vetustior.

Servare morbo si quis alterum queat,
Servator ipse quomodo possit mori?

Qua de causa cùm alios hominum quotidie, cùm ipsos
quoque illos morborum, ut cùm poëta dicamus, ar-
tifices, sanitatis magistros ac Præsides, rectores va-
letudinis nostræ, & ^{μηνιας αναδυνιας} (qualem Chironem
suum plane ex re Pindarus appellat) MEDICOS, vi-
demus decedere. Ecce vobis HEINONEM RIGIUM
virum doctrinâ & experienciâ spectatissimum! quam
dextrè is medicinam fecit hactenus! quam multos is
cujuscunque etiam fortunæ homines summos, imos,
ægros ac fessos, & ultima metuentes sæpius, salutari
sua ope ac opera magna cum laude levavit, & ex ipsi-
us mortis propemodum fauibus creptos, vitæ a clu-
ci re-

ei restituit? nihil tamen horum efficere potuit, ut
moriendi necessitatem evitaret ipse. Finivit igitur
vitam, seculoque, ut Tertullianus loqui amat, di-
gressus est, clarissimo documento ostendens, univer-
sam artis scientiam omnemque medicinarum virtu-
tem supremo illi ac ultimo fato declinando non esse.
Cum itaque eò necessitatis redacti simus, ut nobis RI-
GIO ipso carendum in posterum sit, danda cum ma-
xime est opera, ut animi ejus virtutumque imaginem
nobiscum retineamus, quam in vita ipsius & moribus
contemplati sumus. Quæ enim melior gratia egregiis
viris referri queat, quam cum eorum, postquam obi-
erunt diem, venerabiliter, ut ille ait, recordamur.
Quare de eo breviter, & ut serebat tempus, nunc ex-
ponemus, quæ accepimus; inde ducturi initium, un-
de vitæ exordium ipsi fuit. Editus itaque cum gemino
in lucem est Anno recuperatæ gratiæ cœ loc XVI. d.
XVII. Junii :incunabula nactus Hamburgum opulen-
tissimum ad Albim flumen Emporium, quod tam la-
tè nominis propagavit memoriam, quam latè com-
mercia sua extendit, quæ universum prope orbem
jamdudum implerunt. Patrem habuit HEINONEM
RIGEN, mercatorem: virum bonum, probum, & val-
de estimatum inter suos. Matrem JUDITHAM von
Peinen/ fæminam intantum laudandam, in quantum
virtus intelligi muliebris potest. Avos, aviasque, & cæ-
teros Majores, qui accurate alias commemorari hoc
loci solent, investigare & explorare iis non licuit, qui
hæc

hæc suppeditare nobis debebant. Cum bonitatem in-
dolis præstantiamque ingenii, quâ pollebat filius,
deprehenderet Pater, tanquam fertilem agrum co-
lendum diligenter, nec permittendum existimavit,
uti sentibus & dumis obduceretur; sed potius ut o-
ptimarum artium ac disciplinarum acciperet semen-
tem. Itaque traditus in scholam patriam magistrisq;
commissus mature est: ac tantum absuit, ut indigeret
monitoribus, qui excitarent ejus industriam, ut sibi
vel ipse perpetuo stimulus esset ac calcar. Cùm domi
literis diligenter esset imbutus, & per omne genus
Musarum grassatus egregiâ supellestile animum locu-
pletasset; atque non tantum Græcas Latinasque lite-
ras hausisset ubertim: verùm Mathesios etiam atque
Astronomiæ principia imbibisset, in nostram Aca-
demiam venit anno clœ I^oc XXXVII. eique studendi
gratiâ Civem dedit. Et quia Medicinæ præcipue sua
addixerat studia, optimèque nosset, Medicos à φιλο-
σόφοις esse corticem sine nucleo, uti vere appellat Jul. Cæs.
Scaliger, sui existimavit muneris, ut diligentiorem
paulò operam in philosophiæ cognitione poneret ac
collocaret. Quod eo certe successu fecit, ut Philoso-
phis primariis non modo probaret sese mirificè: ve-
rùm ab iisdem quoque accuratissimi judicii ac sin-
gularis acuminis auferret laudem, & anno M DC XLII
Magistri titulo publicè ornaretur. Quas partes ita præ-
clarè administravit semper, ut magnam laudem ex
ea re sibi conficeret. BONUM profecto FACTUM!

medicina

Medicina olim SAPIENTIÆ, ut Celsus auctor est, id
est, Philosophia pars fuit, tractata etiam à Philoso-
phis atque exercita, ac inter liberales numerata. Pri-
mus Hippocrates à Philosophia separavit Medicinam,
alteram tamen cum altera conjungendam monuit,
adjiciens iārēs rāe φιλόσοφο, iārēs Medicus Philosophus Deo
aqualis est. Philosophum autem ibi intelligit non tam
instrūtum inani & ventosa scientia, quam qui vir-
tutibus præclaris præditus, id est, vitâ Philosophus sit,
atque contemptum pecuniae, verecundiam pudorem-
que præ se ferat. Quas res non scire tantum Phi-
losophia, sed exhibere atque præstare etiam docet,
& hunc præcipue finem habet. Inde ad medicinam
totum se applicuit, inque id studiorum genus omnes
ingenii atque industriæ nervos contendit. Cumque
probè cognosceret, non minus futuro Medieo, quam
Politico peregrinationes mirifice prodesse, magni-
rum virorum secutus exempla, in diversas Academi-
as sua traduxit studia. Galliam enim perlustravit, non
ut vagus tantum, & locum mutans cum loco, popu-
lorum terrarumque inspectione variâ pasceret oculos
& inani quadam atque mox evanescente voluptate
frueretur, sed ut locupletaret artem suam, & disce-
ret quotidie, quod aliquam laudis aut commodi spem
videretur præbere. Parisiis aliquantis per substitit, us
linguam & literaturam Gallicam, quam privatim
postea sæpe professus est, familiarem sibi redderet.
Inde cum reverteretur, nobile illud Batavorum Lug-
dunum

dunum adiit, ubi tum facilitate morum, tum doctrinâ quoque & rei medicæ peritia id consecutus est, ut in multorum præclarissimorum virorum familiaritatem & amicitiam non tantum admitteretur, sed & Doctoris Medici titulum atque insignia anno M DCXLIX. non sine singulari laude impetraret. Quo facto in patriam rediit, & Meldorfum Dithmarsiae oppidum non ignobile ad exercendam medicinâ se contulit. Illud ab Aristotele dictum secum reputans: ἡ τεχνὴ οὐ τὸν πόνον ταῖς γένεσιν: medicos ex libris non fieri, usu innuens & experientia professionem illam maximè valeare. Hinc Rostochium reversus ad matrimonium adjectanum, duxitque conjugem ANNAM viri clarissimi & consultissimi M. GERHARDI TIDEMANNI filiam, cum qua conjunctissimè suavissimèque convixit. Nec defuere dulcissima pignora, quibus hoc eorum foedus quasi firmaretur, Liberi scilicet; quorum par, filiam unam JUDITHAM ELISABETAM jam quatuor annorum puellam, & filium unum HEINONEM trium in præsens annorum puellum nacti sunt. Biennium ipsum est, quod Sternbergam à JUDICIO Provinciali ad obeundum Physici ac Medici munus, legitimè vocaretur. Quod cum non sine Deo fieri persuaderet sibi, annuit, & eam provinciam imploratâ divini Numinis ope, promtè suscepit. Quam cum per aliquod tempus fideliter administrasset, ob diritatem temporum & feralem illam tempestatem, quæ adhuc prævintiam nostram concutere non desinit, morari ibi diutius non potuit; quin potius sibi discedendum omnino & revertendum cum suis Rostochium existimavit. Rediit itaque hic ante semiannum quasi, sed infirmo admodum ac cauſario corpore: quippe quod jam tum asthmate & præcordiorum morbo infestabatur sed ita, ut jam tandem manifestius se proderet. Cui licet præstantissimorum Medicorum curâ iacetur obviam, nihil tamen profectum est: atque adeo pene ante periit, quam periret. Quam suam calamitatem tamen atque miseriā constanter tulit: atque vix verbum ullum missit.

vit quidem, quod Christiano homine indignum esset. Obiit
ipso Annunciationis Mariæ Feste qui erat dies xxv. Martij, cum
quadragesimum tertium ætatis annum nondum exegisset;
confidens unicè CHRISTI sui meritis, qui jamdudum ei illam
immarcessibilem coronam imposuit, quæ omnes maneret,
qui perseverarint in fide in ipsum ad finem usque. Quanta
enim pietas reverentiaque Numinis in eo semper fuerit, iis
præcipue constat, qui interiorem ejus vitam, & qualis maxi-
mè domi erat, contemplati fuerunt. Nam ut in cæteris rebus
mirè alienus ab ostentatione omni erat, & si quid simula-
tè agendum esset; ita id in divinis maximè detestabatur. De
sobrietate ejus ac temperantia dicendum non est, quæ hodie
inter virtutes vix tenet locum. Nec de candore etiam, quem
plerique nunc pro ruditate atq; inscitia habent. Cujus reli-
quæ cum à meridie postea ad h. I. solenni more componen-
dæ sint, vestrum præcipue erit, CIVES ACADEMICI, fre-
quentes ad peragendum officium convenire, & has exequias
clarissimi viri cumulate exequi. Declaraturi hac in parte, tum
quam verè de ejus existimetis vrrutibus, tum etiam quam
pii & grati erga defunctum tot præclarissimis beneficiis,
de valetudine vestra meritum bene esse studeatis. Quare
vos adhortamur sedulo, ut strenue hic peragatis
partes yestrás, quas pietas scilicet yo-
bis imponit.

P. P. sub Sigillo Rectoratus d. XXIX. Martij
Anno clo lcc LIX.

Conventus fiet in æde B. Virginis
sacra.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77577345X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77577345X/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77577345X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77577345X/phys_0015)

DFG



hæc suppeditare nobis debebant. Cum dolis præstantiamque ingenii, quā predeprehenderet Pater, tanquam fertile lendum diligenter, nec permittendum uti sentibus & dumis obduceretur; sed primarum artium ac disciplinarum accitem. Itaque traditus in scholam patrias commissus mature est: ac tantum absfui monitoribus, qui excitarent ejus industria vel ipse perpetuo stimulus esset ac calca literis diligenter esset imbutus, & per Musarum grassatus egregiā supellestile amplectasset; atque non tantum Græcas Laras hausisset ubertim: verū Mathesio Astronomiæ principia imbibisset, in demiam venit anno cl̄o Ioc XXXVII. e gratiā Civem dedit. Et quia Medicinæ addixerat studia, optimèque nosset, ~~en~~ φύτε esse corticem sine nucleo, ut vere ap Scaliger, sui existimavit muneris, ut paulò operam in philosophiæ cognitione collocaret. Quod eo certe successu feci phis primariis non modo probaret sese rūm ab iisdem quoque accuratissimi gularis acuminis auferret laudem, & ann Magistri titulo publicè ornaretur. Quas clare administravit semper, ut magna ea re sibi conficeret. BONUM profect



the scale towards document